UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Periculo tuto. & cura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Omnem autem. Idē Bal. ⁊ Ang. hic Uide Pau. de Caſt. conſi. ccclui. Aduerte tamen quod licet ipſe tex. videatur requirere exprimi iſta verba pro forma, tamen ſatis eſt ſi tutor p̄mittit vtilia facere, inutilia pretermittere, ⁊ pupillum indefenſum non relinquere, q̄ iſtud eſt equipollens. vide Alex. in l. pretor. ff. de ope. no. nun. Et melius conſi. cxxxi. inci. pōderatis his. alias cxxix. ad illud tamē ad quod iſte tex. allegatur quod non ſufficit verbis generalibus exprimi quod ſpecialibus eſt exprimendū. Facit tex. in l. ſi quādo. §. ⁊ generaliter. in verſ. ⁊ ſpecialiter. ⁊ ibi Ang. ⁊ Bal. C. de inoffic. teſta. facit tex. in l. ſi quis in principio teſtamēti. in ver bo. ſpecialiter. de leg. iij. ⁊ in l. generaliter. C. de nō. nu. pec. ⁊ in aut. de here. ⁊ fal. in §. ſi vero expreſſim. facit gl. in cle. j. in verbo. ſpeciali ter. de iudic. Facit tex. in ca. ij. de preb. in vj. vide remiſſionem Fel. quā habes ad Bar. in l. j. de vulg. ⁊ pupil. Quomodo ⁊ quot modis dicatur aliquid expreſſum, vide etiam multa per Iaſo. in l. j. ff. ſi quis in ius voca. non ie. ponentem multos caſus, in quib. requi ratur aliquid ſpecialiter exprimi, taliter quod non ſufficeret exprimere verbis generalib. ⁊ ſic in quib. plus operatur expreſſio ſpecialis quam generalis. Et ibi etiā ponit duas limitationes ad omnes illos caſus. item vide multas deciſiones per eundem, vbi requiritur quod expreſſio aliquid faciat. ⁊ vnam limitationem in l. actione. C. de tranſactio. in iij. notab. dum vult quod etiam reſeruata principi in ſignum ſupreme poteſtatis veniūt in commiſſione, ſi de eis facta fuit ſpecialis mentio, licet non in indiuiduo. Item an iſta deciſio procedat in curatore dato ad actum vel contractū faciendum tantū. vide Alex. quod ſic conſi. clxiij. vol. v.

b ALEX. ¶ Tene menti. Et vide Bar. in l. pretor. in prin. ff. de op. no. nun. ⁊ Bart. in d. l. legitimos, videtur quod per iuramentum hoc ſuppletur. per id quod voluit Bal. in l. j. C. commo.

c CLAV. DE SEISS. ¶ Inſtrumentum tutele. Et iſtud expreſſe tenet in curatore, Alex. conſi. cxxix. vol. j.

§. His que adiſcimus. Licet tutoribus ⁊ curatorib. fructus vendere, ſub ea eſtimatione, qua a maiori parte communiter venduntur. ¶ Nota ergo † quod non habet neceſſe tutor vel curator frumentum vel vinum reſeruare: ſed poteſt vendere cum vult, pro pretio tamen, pro quo ibi communiter venditur. Item videtur quod non habeat neceſſe frumentum vel vinum mittere ad alium locum, ſed poteſt vendere in illo loco vbi habet pro pretio, quo ibi communiter venditur. ⁊c.

De periculo tutorum, & curatorum. Rubr. XXXVIII.

LEX I.

Et qui notitie. Tutor datus cauſa notitie tenetur, ſi vtilia pupillo tacuit, vel fraudem commiſit ſolus, vel participauit cū alijs tutores ſuſpectos facere ceſſauit. h. d. Ad euidentiam ſcias quod quidam ſunt tutores dati cauſa notitie, qui non adminiſtrant, ſed informant vel inſtruunt alios adminiſtratores quid facere vel gerere debeant.

LEX II.

Adeos, qui. Cum adminiſtratio eſt diuiſa per prouincias, vnus tutor de facto alterius non tenetur. h. d.

LEX III.

Si res pupillares. [a] Tenetur tutor ſi culpa preceſſit caſum, alias non tenetur de caſu fortuito. h. d. cum l. ſeq.

ADDITIO.

a ¶ Si res pupillares. Qualiter teneatur tutor de caſu fortuito, ⁊ quid tantum dicatur caſus fortuitus, Uide Roma. conſ. ccccxxv.

LEX V.

Si tutor. [a] Ad eum, qui ſe ignorat tutorem periculum adminiſtrationis non pertinet. h. d. Aduerte, ⁊ opp. quod ignorantia non preſumatur. vt l. verius. ff. de probat. Dicunt quidam quod hoc oſtendit admiſſus non iuſſus. Uide gl. [b] Iſtud eſt facile dicere. Uel melius dicit gl. ⁊ iſta ſunt tria notabilia dicta, quod hic erat preſumptio ſcientie, ideo qui vult probare ignorantiam, probet eam, iſta autē ſcientie preſumptio contingit ex trib. Primo ſi interfuit teſtamento, ſi erat publice notum, [c*] vel ſi fuit denunciatum ad domum, ⁊ vide gl. [d] ¶ Nota ergo † quod quis preſumitur illud ſcire quod publice ſcitur, vt l. ſed ⁊ ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de inſtito. ¶ Item no. † quod quis preſumitur illud ſcire quod eſt ſibi denunciatum ad domum. [e] Tene menti, q̄ ad hoc iam millies allegaui hanc legem.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Si tutor. dum dicitur hic quod preſumptio legis eſt liquidiſſima probatio. vide, ⁊ declara vt per Iaſo. in l. ſciendū. ff. de verbo oblig.

b ALEX. ¶ Uide gloſſ. Et iſtam glo. pro ſin. alle. Io. de Imo. in l. queſitum. ff. de re iud. ⁊ in l. in tempus. §. j. ⁊ in l. ſi ita quis heres. ff. de here. inſti.

c P. PAV. P. ¶ Si erat publice notum. Uide Com. conſ. clxij. ⁊ ibi etiam quod illud quod eſt nunciatum procuratori preſumitur dominus ſcire, vide etiam ad hoc que habes in l. ſi publicanus. §. ſi. poſt Bar. ff. de publica. Dicit etiam Com. in d. conſi. quod ratione vicinitatis preſumitur ſcientia, vt etiam habetur in l. j. ff. ſi cer. peta. Item illud quod hic dicitur quod erat publice notum intellige quod requiratur quod ſit publica vox, ⁊ fama, vt declarat Alex. conſi. cx. Uide late Feli. in c. cum contingat. in concluſione, vſque ad fi. extra de reſcrip. Item quod publica fama faciat preſumi ſcientiam, ⁊ de quibuſdā alijs vide Bar. in l. is poteſt. ff. de acqui. he. ⁊ quod etiam ibi habes. Item preſumitur ſcientia eorum, que fiunt in ciuitate, vel prouincia, ⁊ quomodo, vide Barb. in c. j. in j. not. extra de offi. deleg.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Publice notum. Illud q̄d dicitur vicinum preſumi ſcire facta vicini, intellige quando eſt de his publica vox ⁊ fama ſecundum Bald. in l. is poteſt. ff. de acqui. heredi. de quo ibi tangit Alexan. ⁊ ibi vide alias limitationes. ⁊ vide ea que ſcripta ſunt poſt Barb. in l. ſi vicinis. C. de nup.

d ALEX. ¶ Et vide gl. Et iſtam gl. vide alle. per Bar. no. in l. ſi cui. §. iiſdem. de accuſ. Et ad hanc gl. vide plenius per Bal. in l. is poteſt. de acqui. here. ⁊ eſt ſingu. gl. ⁊ ibi Bar. in l. j. ff. de recepta. ⁊ eſt tex. no. in auth. quomodo oport. epiſ. ad fin. vbi dicit quod propoſitum in poſte eccle. quis non poteſt ignorare. Facit. c. j. de poſtu. prela. c. ſi. qui ma. accu. poſ. l. ſed ſi pupillus. §. proſcribere. ff. de iuſti. gl. no. in cle. ij. ⁊ quod habetur in cle. j. de iud.

e ALEX. ¶ Ad domum. Idem no. gl. in l. ita. ſ. de excu. tu.

LEX VI.

Temporis. Poſt tutelam finitā periculum non pertinet ad tutorem. h. d.

Quando ex facto tuto. vel cura. minoris agere, vel conueniri poſſunt. Rubr. XXXIX.

LEX I.

Iuliana Ex ſententia non datur actio in tutorem vel curatorem officio finito, ſed in ipſum principalem. hoc dicit.

LEX II.

Et ſi tutores. [a] Ex ſtipulatione tutoris ſuper re pupilli querit̄ actio pupillo. h. d. diſtingue vt in gl. quam vide ⁊ no.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Et ſi tutores. Uide Bar. in l. ſi vrbana. in fi. de cond. inde. ⁊ Bal. in l. ij. de ſerui.

LEX III.

Si in rem Ex contractu tutoris in vtilitatem pupilli tenetur pupillus. Et differt hec l. a prima, quia prima loquitur de ſententia, hec de contractu. hoc dicit.

LEX IIII.

Si ibi qui. Tutores, ⁊ cura. ex adminiſtratione tenētur pupil. ex eorum facto, alias ei pupillo queritur actio.

LEX V

Per tutorem. Per tutorem non queritur actio pupillo extra rem pupilli.

Si ex pluribus tuto. vel cura. omnes, vel vnus agere pro minore, vel conue. poſ. Rubr. XL.

LEX I.

Ab vno. Unus ex pluribus tutoribus poteſt inſolidum pupillum defendere, h. d.

LEX II.

Si diuiſum. Si adminiſtratio diuiſa eſt per prouincias, tutores illius prouincie tantum conueniendi ſunt. h. d. ¶ Op. de l. inter. in fi. ff. de admini. tut. Sol. vt ibi no. per Dy.

Ne tutor vel cura. vectig. conducat. Rubr. XLI.

LEX VNICA.

Competens. Qui tutelam gerit, vel eius rationem non reddidit, ad conducenda vectigalia non admittitur: ⁊ ſi acceſſerit, pena falſi tenetur, niſi vtriq; idonee ſatiſfecerit. h. d. ¶ Quidam dicunt quod hic eſt vnus Bart. Prima ſuper Cod.